B. N. C
FIRENZE
1113
13

1113 . 13

MISCELLANEE
BIBLIOTECA NAZ. CENTRALE DI FIRENZE

1113,13

A1

VRBANI FELICEI
BIVIVM EPISTOLARE
Vbi

PANEGYRICVS

DE TRINITATE

Præſidium parat.

BIBLIOTECA NAZIONALE FIRENZE 1372

D. ANTONIO CARACCIOL
Ex Ordine Cler. Regul. Præsbytero ornatiſſimo.

VRBANVS FELICEVS.

NEAPOLIM.

PVbeſcentis ſemper iſtic naturæ vultus, Megaridis læta riſus, & Mergillines; iucundus Crateris ſinus, Pauſilypi dulcis amplexus, perpetuò me Neapoli præſentem allicit, atque perſtringit. A te verò, (Religioſiſſime Antoni) quem in eâ licuit olim, & libuit coram veneratione proſequi, vt animi obſequio nunquam diſceſſi, ſic non diſtrahor terris. tenet me quidem geniale tuæ Patriæ delicium; ſed tenet magis diuinus ingenij tui cultus, qui & Muſarum eſt Hortus, & beatorum (vt ita dixerim) Sapientũ Elyſiũ. Miſiſti ad me, vel ipſo hyeme (ò vim mentis amœniſſima!) huiuſce viridarij floſculos, NEAPOLITANI REGNI CHRONOLOGOS, qui vt inculta ſua vetuſtate ſatis lan-

ita commentariolis tuis, quibuſdam eloquen- rivulis, quaſi vegetati, mirum humanæ varie- tatis pratum depingunt. Placuit autem mihi de induſtria, hoc medio iam vere, florentiſſimæ eruditionis tuæ munus pari munere compenſare. At quodnam meum tam doctæ Palladis æquate donum? O inconſulta ſemper, et nimis audax iuuentus, quæ te veteranorum calamo millies expugnatam propugnas? An neſcis robuſtiorem ſapientiam exercitatione vigere, & eò magis extolli arte, quò magis grauatur aetate? Tu audes cum incomparabili Apollinis munificentia rude tuum conferre xeniolum? ſi inter praeclariſſimi Caraccioli nominis obſequentiſſimos nemini ſecundam te eſſe gloriaris, viro huic potiùs aetatis noſtrae Primario, bonarum Artium primas libentiſſima deferes, cum donum affers PANEGYRICI De TRINITATE *tui, non vt eius elegantiam ſpectet, ſed vt Criticis excuſet inertiam. Ac ſane (ornatiſſime Antoni)* in hoc (*aiebat ille*) conſideres velim, vt pulchritudinem materiæ, ita difficultatem. in cæteris enim nouitas ipſa lectorem intentum habet: in hoc, nota, vulgata, dicta ſunt omnia; quò fit vt quaſi otioſus, ſecuruſque lector, tantùm elocutioni vacet, in qua ſatisfacere difficilius

eſt,

eſt, cum ſola æſtimatur: *cumquè non inuen. praeclarè, non figurare variè, non (vt Hierony. inquit)* inflatis buccis verba ſpumantia trutinare *licet; ſed vbi* omnia hæc *(loquar cum Plinio)* conſtant ratione circini ſemper indubitata,: *extra quem alio verborum cinno vagari, vt religio eſt; ita innouare, periculum, & cincinnata oratione fucare, piaculum. Caeterum valere te (Muſis cariſſime CARACCIOLE) ex animo voueo, ac viuere aeternum in nouae laudis monumentis exopto: in egregijs nimirum, quos prae manibus iam abſolutos habebis NEAPOLITANAE ECCLESIAE FASTIS, in quibus fauſta, atque immortalis tua fama.*

Hoc capite aeternis ſignat ſua nomina Faſtis.
ſic te Deus ſoſpitet. Romae tertio Kalend. Iunias M.DC.XXVII.

P. F.

. DOMINICO GRAVINAE
Ex Prædicatorum Familia Magiſtro Præſtantiſſimo.

VRBANVS FELICEVS.

NEAPOLIM.

QVid cauſſae (quaeſo) eſt, Amicorum optime GRAVINA; vt poſt illã tuae TVRTVRIS VOCEM, poſt ANGELICI RHYTHMI ſuauiſſimũ concentum; ſeriã CATHOLICARVM PRAESCRIPTIONVM alternà symphonià aduerſus impium ſectariorum Celeuſma, dum te.

Fama celer toto victorem ſparſerat orbe, *me ſolum praeterieris in Mineruae caſtris ſymphoniacum ſeruum, at non infimum exiſtimationis tuae Buccinatorem? itane, inquies? ita ſanè. At quo pacto? dicam. Praeſcriptionibus tuis nullus iam praeſcribitur gloriae finis: Ego tamen longè proſcriptus à te, quaſi amicitiae violator inglorius, non huius editi iam libri ſolitum munus, non iucun-*

iucundiſſimas accipio literas; nullam diù mihi ris rem familiarem, nullum cum tua virtute c. mercium. fortaſſe vt finem ad te olim ſcribendi feci, amandi tui etiam feciſſe ſic videor? prohibet id ſingularis tua in me beneficentia; prohibet immortalis mea in te obſeruantia. In poſtrema etenim, quam ad te dedi, epiſtola, memini tecum quodam Italiae noſtrae Adagio me quàm familiariſſimè iocatum fuiſſe. Iocus is certè fuit, ludus, ſermo, ſuauis epiſtolarum ſuauiatio, ſine qua interdum aliquod inimicitiae argumentum mihi afferunt amicorum literae. At quicum *(ait Tullius)* ioca, & ſeria, vt dicitur? quicum arcana? quicum occulta omnia, tecum optimè. *dabam igitur ioca, debeo nunc ſeria. Mitto ad te meum DE TRINITATE PANEGYRICUM. quà quid ſerius? quid ſanctius? quid illibatum magis? non enim te fugit, quanti oneris ſit, quanti diſcriminis, abs rigidà Theologiae palaeſtrà ad amœnam dicendi licentiam religioſiſſima verba traducere. de ſacra verò Triade vix aptè, non dicam ornatè loqui, proh quantum haeſitantiae! Equidem* nec periculoſius *(fatetur Auguſtinus)* alicubi erratur; nec laborioſus aliquid quæritur; nec fructuoſius aliquid inuenitur. *periculum ſanè, & labo-*

rem tantae inueſtigationis ſentiunt omnes; tamen vberrimum fructum, niſi qui valde percipit ſacras litteras, percipere non poteſt. Tuae propterea grauis ſapiẽtiae eſt (mi GRAVINA) hac re maximâ iucundiſſimè perfrui: ſed tuae etiã in me non mediocris beneuolentiae partes erunt, periculoſi laboris mei cauſſam contra eos agere, qui libros quoſque cenſoria quadam virgula facilè notant. Interim, vt ſemper ualeas, Ampliſſimae Dominicanae Familiae decus, à Deo preces expeto:

Romae quarto Kal. Iunias. ∞. IↃ.C.XXVII.

Z
1113 13
99 2697